


- 1 Depoe eos proprietate Mathias Creigius.  
 2 Capita Religiosæ Xenæ Grae Joach: Camerang.  
 3 Laus Xpi resurgentis Christopho Pelargg.  
 4 Armon Habraim. Barth. Adamann.  
 5 Carmen Hab: Gidem.  
 6 Almg III Carmine. Pancratig Crigens.  
 7 Prophetæ Jonas Carmine. Daniel Saxo.  
 8 Ecloga de Xpo triumphante. Barth: Bylovis.  
 9 ~~Canonica~~ <sup>Finis spiritus in p[ro]phetis in Cruce.</sup>  
 10 Davidis Tropæum Joh: de Cotteritz.  
 11 Davidis triumphus Jan: Henricus Scrotens de Güstrow.  
 12 de Mundi termino Joh: Polidorg.  
 13 Ecloga in diem Martini. Abraham: Decelis.  
 14 De Partu Aovitatis Dethlevis Meyers.  
 15 Bernardus de genti Mundi Carmine.  
 16 Joan: Fraxinge Melos. Spangenberg. Wefsting.  
 17 Concordia veriva. Albertus Olearig.  
 18 Carminum Joach: Bilschij Liber 1.  
 19 Gregorij Arabici poemata.  
 20 Gnosticon Joh: Staibij e.  
 21 Oratio Medua Carmine Laur: Homang.  
 22 Alberti Voiti Panthelias.  
 23 De Incommodis Senectutis. Erasm: Rotterdam.


Q 3. 105 (1-66)

V

DIVO MAXIMILIANO CESARI SEM-  
PER AVGVSTO DEDICATVM.



**P**ronosticon Ioan: Stanbii: Au: vatis: &: Poe.  
Lau, ad annos domini: M: D: iii: & iiii:



Quis furor insolitus/que vis precordia pulsat  
Est deus ante oculos:sunt & penetralia mūdi  
Sidereas sortes penitus celiq; recessus  
Pectore concipio:gelidus subsidere cancri  
Saturnus graditur:modo quē violentus adire  
Mars parat:ille seni cōtraria lumina miscet:  
Hinc hoīes/pisces/pecudes/genus omne ferax  
Siluicolasq; deos/& ruris numia faunos/  
Atq; suos fontes insigni corpore nymphas  
Tutantes:Dryadūq; choros/mala pluria tāgēt  
Emendare Iouis nō hec natura benigni  
Curat/sed potius se his auxiliariis armis  
Associaſſe cupit:rerūq; augere ruinas .  
Nec coitus vulgaris erit:proh tempe longo  
Proh Gradiue ferox:ludo gaudebis acerbo:  
Terribilis galea/vultu trux/enſe cruento/  
Quo sine fine furis:dedit o quis tanta licere.  
Frigidus ipse senex octauo pximus orbi  
Ter sibi te iunctū aspiciet:ter Iupiter ardens  
Quid tociens iuuat ire viā totiensq; redire:  
Grassandi vnde tibi nimiū tam dira libido:  
At placitū supis:summi sic numinis ordo  
Nam pater omnipotēs qui nutu tempat astra  
Rite modū statuit nature:& federe certo  
Tempus ab eterno p fulgida sidera mensus:  
Quinq; vagas stellas/solem/solisq; sororem  
Opposuit mundo:contra raptūq; polorum  
Ire viam iussit:tamē hanc nō tramite recto  
Sed qua signiferi decliuis circulus orbem  
Implicat:et signis vndena animalia format.

Illis q̄z varius motus: non dicere promptum  
Ut solet in festis plebs rustica forte diebus  
Dum facilis letas choreas p̄ compita ducit:  
Ambiguo saltu procedere/ ac inde referri  
Rursus & ad metā plausu p̄perare relictā:  
Sic quoq; diuerso incessu p̄ signa vagant̄  
Astra quibus volucris regit̄ pars maxima fati:  
Stare vides/ p̄perant/ retrocedūtq; sequunt̄:  
Per mediū circi gradiens sol seruat amussim  
In diuersa abeunt alia: aut a partibus austri  
Aut boree: ad certas leges errore feruntur  
Hinc elementa vices repetūt: hinc rebus origo  
Aut finis: que discordi sunt semine iuncte.  
Tardior at cunctis Saturnus: nā pede claudō  
Et laterum male suffultus cōpagine: fertur:  
Falce minax/ vultu horribilis/ viteq; inimicus:  
Loripede ingressu p̄serpens: suscipit omnes  
Illum cōplexu contra: non suscipit vllus.  
Attamē huic quotiēs iungant̄ Iupiter & Mars  
Difficile est dictu: quales mortalia pulsant  
Pectora tūc casus: timor/ & spes/ inde metusq;  
Precipitant animos: sectis/ regnisq; parantur  
Exitia: & tristes cōcurrūt vndiq; dire.  
Et si tanta potest simplex cōiunctio: quā vix  
Terminus/ aut signi facies/ durare diebus  
Bis denis sentit: quid non afferre malorū  
Fortior illa valet/ menses quā Carcinus ardens  
Continuos septē suffert: ac ventre fouebit.  
Adde q; & phebus/ simul & Cyllenia proles:  
Interea superos vultu persepe maligno

Aspiciant nostris heu quanta incomoda rebus  
Hac radice seges consurgens ingeret atra.  
Vos o pterides vestro aspirate fauore:  
Sit fas in medium celestia fata referre  
Tempus adest: en tempus adest: quassabit orbis  
Mars vocat ecce ferox: imis a sedibus orci  
Ultrices furias/seuūq; ad bella furorem:  
Felle madēs odiū: Liuor pastusq; veneno  
Aspidis/aereos tractus aspergine fedant:  
Horrendūq; tonās (pulsis custodibus ira)  
Ira fremēs mediis hominū se cetibus infert.  
Inuidia ossa vorans: propriūq; epota cruorem:  
Addit se sociā: afflatu quoq; cuncta purit.  
Prodit & in lucem discordia: carcere fracto:  
Et trahit a tergo nodosae ere cathenas.  
Subsequit letum: quo nō deformius vllum  
Tartareis monstrum vultu se a faucibus auras  
Erigit insupas: Iuuenes/cultasq; puellas/  
Cū senibus puerosq; rapit discrimine nullo:  
Et supat reges: & quos tegit insula summos  
Pontifices calcat: trahitur cum diuite pauper.  
Talibus auxilium postq; est exercitus ingens  
Vndiq; collectus: sequitur bellona flagello:  
Agmen agens seuū: boreales ducit ad oras  
Omne malū gelido venturū aquilonis ab axe:  
Priscorū cōstat cecinisse oracula vatum:  
Et si archana patent: animū nec ludit Apollo:  
Legislator adest: Arcto a gente creatus  
Siue feris Styfici Tanais descendet ab oris:  
Bisalte ve truces mittent: acres ve Geloni:

Tigribus aſperior ſiue huic hyrcania mater  
Seu quas immites excludit Caſpia portis  
Gentes/humana ſaturantes viſcera carne.  
Impius ille quidē vulgi puertere mētes:  
Se qꝫ ducē ſummo delapſum dicet ol ympos:  
Et leges ſtatuet:nimium populariter auſus:  
Quas neqꝫ ciuilis ratio:nec iura quiritum  
Villa pbant:ſic Saturni decreta minant .  
Ergo animis opꝫ/audendū eſt:Germania vires  
Nūc oſtende tuas/priſcos memorādo triūphos  
(Bellatrix inuicta olim) qui ex hoſte recepti  
Externo:tua terrori cū nomina cunētis  
Gentibus extiterant:Rhomana potētia regnū  
Preclare ob meritum virtutis tranſtulit ad te :  
Cui nullum occaſus:nullum par vidit & ortus.  
Tu tamen abſtineas:nec te ciuilibus armis.  
Pollue cognatas furor eſt effundere vitas.  
Parce tibi ſanguis generoſe:nec inclita tandem  
Pectora cōſcelera:ſꝫ te potioribus annis  
Durando ſerua:caueas ne inſania belli  
Dirus amor ferri:& furor execrabilis:atris  
Te turmis ſociāt:a Ditis ſede vocatis.  
Iuſticiam venerare:fidem cole:candida virtus  
Ducere te p dura ſolet:ſupare labores  
Et premere affectꝫ docet & componere mētem.  
Nec tibi defuerint hoſtes glacialibus viſis  
Heu venient:quātus numerus ne ſcire labora.  
Vt ſolet in vaſtis infecta animalia campis  
Phebus vbi auguſti corruptos tempe tractus  
Aeris offendit)generare:modo numero qꝫ




Incertam turbam: que auras stridoribus implet  
Sic diuersus erit boreaq; Euroq; pfectus  
Hostis: qui cede et flammis simul omnia miscet  
Siqua fides fatis: horrēti crine cometes  
Terribilis cauda veniet: regnis ducibusq;  
Exiliū mortēq; ferēs: et trītia bella.  
Iamq; diu nimium sceptro letata superbo  
Gallia pone modū fastu: tibi luditur ingens  
Alea: scire vacat populis & gentibus vna  
Quot preda exposita es: te qui rapiēt inimici.  
Heu quantas strages edet que funera sternet  
Victor agens martē: gladio furibund⁹ & atrox.  
Quā flau⁹ multis campus spoliatur aristis:  
Dnm messis tempus iubet altos ponere culmos  
Te bellante viri: tot forcia corpora perdent  
Testis erit Rodanusq; ligerq; altus q; Garūna:  
Atq; arar: arma virū rapido dum flumie cōdunt  
Nec belli tūc finis erit: s; vt euolat ignis  
Liberiore via ventoz; flamine pulsus  
Sic furor insane cedis feruescet & ardet:  
Desuper & pugne Mauors incendet amorē.  
Et rabies nimiū secundo semine feta  
Incestare parat mundū: nō angulus vllus  
Orbis erit: quē non humanus sanguis inundet  
Eloquar & pestes: celi vitio cereremq;  
Corruptā atq; famē: populis terrisq; futuram.  
Quo rapior demens: non cōuenit omnia fati  
Nunc secreta palam vulgi diffundere in aures.  
Tu tamen o nostrū decus & spes: certa sal usq;  
Legib⁹ Augustis qui orbis moderaris hab enas:

Maxmiliane pater patrie: succurrere fessis  
Ipse velis rebus: placidãq; reducere pacem:  
Illa tuas aquilas (victoria signa) sequetur:  
Huic comes alma fides sãcte & pietatis imago  
Iusticia & casti nutrix cõcordia amoris:  
Et sociũ numen (victoria clara) triumphis:  
Sacraq; maiestas: que teq; tuosq; nepotes  
Laudibus egregios: celsum sup ethera tollet:  
Assis: afflictas solando respice gentes:  
Floreat auspiciisq; tuis Germania felix:

¶ Impressum Nurmberg. Io. V.



VDIG  
PICA



DIVO MAXIMILIANO / CESARI SEM-  
PER AVGVSTO / DEDICATVM.

